

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* \*

- I. Fundatorem Theologicum Augusto Principi Anhaltino. Muptus celebranti con-  
secratum à M. Zacaria Womempiro.
- II. Consacrum conjecta, quibus moti status Regni Bohemiae ad Novi  
Regis electionem processerunt.
- III. Secundissima Instructio Frederico V. Electori Palatinis data.
- IV. Exercitiorum ad Christianum Nam Regem Jan. Angelii.
- V. Soleria Academie Wittembergensis Johanni Georgio Electris sex soluta.
- VI. Idea Principis Boni seu Oratione de vita et obitu Joannis Georgii Principis  
in Anhaltini M. Mea & Frederici Wendelin.
- VII. Panegyricus Parentalis Rudolpho Principi Anhaltino d. Tur. Edm.
- VIII. De vita et obitu Joannis Georgii Principis Anhaltini D. Cyriaci Heroldiani.
- IX. Narratio ubique de Joannis Georgii Principi Anhaltini vita et obitu.
- X. Hali demia Tenuis Trauofustanie D. Cyriaci Heroldiani.
- XI. Caputis Yonai Ezechielis Christiani de vita et morte Georgii  
a Heroldiis.
- XII. De Industria et Studio Laboris M. Samuelis Decomi.
- XIII. De Aetate Salubritate et Studiorum Commodeitate in valle Francini-  
ensi Edm.
- XIV. De Crastione. Utrum literatum Cultorib. pht peregrinatio?
- XV. De Origine et Incrementis Cotoniae M. Benedicti Ambrosii.
- XVI. De vita et morte Joachimi Strasburgi Wilhelmi Strasburgi.
- XVII. Festa Funeraria Joannis Eichbardi inde genere sublati.
- XVIII. Programma Publicum Academie Trauofustane.
- XIX. Initatio Publica et Deforatum D. Cyriaci Heroldiani.
- XX. De Ratione status et Prudentia Regnativa Martini Althagi.
- XXI. De spiritibus Familiaribus.
- XXII. Solemne Funebris Octavianij de Söhligen
- XXIII. Exequie Solemnes Joannis Christopri Heroldiani.

35. 34

# ΑΠΑΡΙΘΜΗΣΙΣ

LECTIONUM,  
DISPUTATIONUM,  
DECLAMATIONUM,  
publicarum  
quibus

Electoralis Gymnasij,  
quod est in valle Joachimica,  
alumni  
erudiebantur

ANNI CLO IO CXVII.  
semestri.

*Cornelius Severus in poemat:  
de Æthna.*

Implendus sibi quisq; bonis est artibus: Illæ  
sunt animi fruges.

---

*Propagabat*  
FRIDERICUS HARTMANNUS, Biliopola,  
in Academia Marchica.

SCAMANDRA

III. and

1000. 11. 1.

# LECTIONES

primæ Classis.

JN THEOLOGICIS.

**R**opter nimirum temporis angustiam & morbum Epidemicum, in quem Deo sic volente inciderat, paucos locos in compendio Dn... Pelargi absolvit, & ad locum de conjugio pervenit: Postea integrum sanitatis gradum Christi virtute restitutus in iisdem locis perget: Et Epistolam D. Pauli ad Philippenses adjicit. *Pastor.*

A 2

JN

### J N L O G I C I S .

**L**Ogicam redauspicaturus Philosophiæ generalem ~~ac~~ illi præmisit: Cuido & trinam de natura Logices subjunxit: & in parte quæ dirigit conceptum simplicem ad substantiæ ~~naturæ~~ pervenit: Perget in sequentibus: *Rector.*

### J N R H E T O R I C I S .

**A**Bsolutis ijs , quæ de Memoria & pronuntiatione erant agenda, redijt ad generalem Rhetorices constitutionem cui præcepta ipsa subjunxit: Et ad genus Judiciale substitit: perrecturus insequentibus. *Rector.*

### J N P H Y S I C I S .

Do-

**D**octrinam de imperfectè mixtis  
ex libris Meteorologicis & de  
perfectè mixtis homogeneis ex  
4. Meteorologico excerptam pro-  
posuit: Ad pleniorum rerum tam ina-  
nimatarum quam animatarum con-  
templationem plana præceptorum via  
quasi ~~χρεωσία~~ quadam discentes porro  
deducet. *Corrector.*

### JN ETHICIS.

**L**ibrum Octavum qui de Amicitia,  
~~ἐνώπιον~~ & consortio virtutum agit,  
proposuit, & absolvit: reliquos illi  
comites dabit. *Rector.*

### JN MATHEMATICIS.

A 3              Præ-

**P**Ræter ea, quæ restabant in Opticis  
de fallacia visionis simplicis, pri-  
mus liber Elementorum Euclidis  
pertractatus. Theorematibus quidem  
facilioribus nudè saltem instar axiomati-  
tum propositis, difficilioribus vero de-  
monstratis : In problematibus vero  
compendiosæ praxes ostensæ. *Ma-*  
*thematicus.*

**JN ORATIONE LIGATA**  
latina.

**P**Seudolum Plautinam exposuit:  
Ad aliam divertet. Rector. Princi-  
pis Lyricorum Latinorum Horatij  
odas 15. libri primi pertexuit, in quibus  
non tam aures quam animos audien-  
tium cum suavitatis illico informavit,  
& ad parodias concinnandas præpara-  
vit:

vit : Reliquas eadem operâ subjunget.  
*Corrector.*

## JN GRÆCA LINGUA.

**I**N aurea Demosthenis pro corona  
aurea oratione: partem specialem re-  
futationis proposuit: Ad reliquias ex-  
inde iturus. *Rector.*

## JN LINGUA GRÆCA eāq, ligata.

**L**IBRUM Iliados & absolvit, quæ ad  
λέξιν & τονταξιν græcam , ad syllaba-  
rum quantitatem , & accentuum  
rationem dinoscendam spe&tarent se-  
dulo inculcavit: usum Ethicum & Poli-  
ticum in exemplis Heroum notavit, Ad  
Il: Ese accingeat. *Corrector.*

In

JN HEBRAICA  
lingua.

**G**RAMMATICEN Authoris volvit,  
revolvit: Eam sterilem ac nudam,  
fontibus sacris irrigavit, ac para-  
digmasi exornavit, maxima ex parte  
è psalmis pœnitentialibus depromptis,  
quos tandem absolvit: In præceptis per-  
get: Quibus textum Biblicum semper  
comitem dabit, *Conrector.*

**S E C V N D A**  
Classiis.

JN THEOLOGICIS.

**E**XPLICATIS locis in opere creationis  
reliquis de libero arbitrio & lege  
Dei, operam occupavit, in locis se-  
cun-

cundæ, Providentiæ divinæ, partis, de  
conservatione, quibus ad finem perdu-  
ctis, in tertia operum providentiæ parte  
substtit, quæ est de Desertione; Accin-  
eturus se propediem ad prædestinatio-  
nis locos in ijsque eandem explicandi  
rationem fecuturus. *Subrector.*

### JN LOGICIS.

**P**RIMUM librum Logices de termi-  
nis simplicibus sanè utilissimum.  
usitata docendi methodo declara-  
vit: Partem etiam secundi de propositi-  
one tradidit, & in propositionibus mo-  
dalibus substtit: Præceptis Enunciatio-  
num explicatis ad doctrinam syllogisti-  
cam properabit. *Corrector.*

### JN RHETORICIS.

**I**Nstitutionum Oratoriarum Vossij  
telam exorsus texuit eam usque ad Ju-  
diciale genus, in cuius statibus expla-  
B nan-

nandis pedenī fixit , subjuncturus reliqua , quæ ad inventionem faciunt & à Logicis argumentis ad delectantia & mōventia transiturus. *Subrector.*

### JN SPHÆRICIS.

**A**RITHMETICA per vulgatas species in integris numeris usque ad regulam Detri iterū absoluta. In Procli Sphæra definitiones reliquorum circulorum parallelorum horis successivis prioribus adjectæ. *Mathematic.*

### JN MUSICIS.

**M**usices exercitium quibus concessum fuit horis sedulo cum Primanis & Secundanis instituit.

*Cantor.*

### JN GRAMMATICIS.

**P**ræcepta græcæ & latinæ Grammatices utriusque linguae authoritate subnixa esse ostendit , & ad usum corun-

eorundem ex authoribus adminicula  
suppeditavit. *Subrector.*

## JN LINGUA SOLUTA latina.

**O**RATIONIS pro S. Roscio partem il-  
lam evolvere cœpit quæ confu-  
tationem complectitur in qua  
adhuc laborat. *Subrector.*

Decimum tertium librum epistola-  
rum ad Familiares Ciceronis auspicatus  
est, & ad decimam septimam usque con-  
tendit epistolam, in quarum enodatio-  
ne usum grammaticum cum Logico &  
Rhetorico qua debuit solertia conjun-  
xit, in reliquis eadem procedet metho-  
do. *Cantor.*

## JN ORATIONE LIGATA.

**A**NEIDOS tertium illustre vitæ a-  
podemicæ speculum ad extrema  
explicationis deduxit: In quarto  
B 2 jam


jam exordio laborum capto, juventuti  
luctam rectæ rationis cum voluptati-  
bus ad intuitum locavit, in quo progre-  
dierunt qua dabitur. *Subrector.*

Adelphi Terentiani ad finem perdu-  
cti, inq; theatrum scenicum producti.

*Mathematicus.*

## JN LINGUA GRÆCA.

**F**inem attigit libri Plutarchi de edu-  
catione puerili, quem vicissim ex-  
plicandum aggressus, usum Gram-  
maticum cum Rhetorico conjunget.  
*Subrector.*



TER=

# TERTIA

Classis.

## JN THEOLOGICIS.

IN primo Theologiæ capite Rev. & clariſſimi viri Dni. D. Pelargi quæ resta-  
bant absolvit, in altero ad locum de  
Justificatione perrexit: Residuum divi-  
na annuent gratia pari aggredietur di-  
ligentia. *Cantor.*

## JN GRAMMATICIS.

IN Grammatica Philippi quæ restabat,  
ut & prosodiam absolvit, ab initio ite-  
rum illam incepit. *Organicen.*

## JN LINGUA LATINA

soluta.

C Atonis Majoris explicationem.  
suscepit, usumque latinæ linguae  
discitibus gnaviter inculcavit.  
*Cantor.* Ci-

Ciceronis epistolarum librum septimum exponendo, Grammatices & syntaxeos præcepta repetendo, styliq; Ciceroniani imitationem discipulis monstrando non tantum absolvit, sed etiam octavi libri explicationem suscepit, bona fide, quâ solet & potest, progressurus.

*Diaconus.*

Syntaxin & prosodiam Dni. Philippi explicando, & memorię ut infigerentur, & ad usum urgendo bis continuavit,  
*Cantor.*

## JN LIGATA.

VIRgilij tertiam eclogam absolvit, & ea quæ spectant ad prosodium ad syntaxin diligenter minoribus inculcavit, ut porro propositae eadem ratione in reliquis perget. *Organicen.*

Andriæ Terentianæ actus duo inter-  
pre-

pretatione & analysi grammatica discen-  
tibus propositi sunt. *Subrector.*

Primum librum præceptorum Cato-  
nis moralium absolvit: Post examen se  
ad secundum conferet. *Organicen.*

## JN GRÆCA LINGUA.

IN grammatica græca Crusij quæ su-  
pererant, ijs finem imposuit, Nominū  
& pronominiū flexiones crebro in-  
stituit, formationes temporum varijs  
exemplis adumbravit, atq; ita præcepta  
ad finem perduxit. Eadem in ijsdem de-  
sudabit industria. *Cantor.*

Græca Evangelia consueto more ex-  
ponit, usumq; grammatices græcę quo-  
ad declinationes cum simplices tum  
contractas diligenter inculcando adjun-  
git. *Diaconus.*

IN

# JN ARITHMETICIS.

PRÆcepta Arithmetices nostri Mathematici Dn. Ursini usq; ad fractiones cum tertianis absolvit, in sequentibus perrecturus est. *Organicen.*

## DISPV TATIONES

sequentes habitæ sunt

ANNO 1617.

## DISPUTATIONES

Theologicæ.

1. *Disp.* De vera Deitate Christi contra Arrianos.

*Præside* Dno. Pastore.

*Resp.* Laurentio Miglizero Moravo.

2. *Disp.* De persona assumente carnem.

*Præside* Dno. Pastore.

*Respondente* Petro Duringio.

3. *Disp.* Contra communicationem hypo-

postaseos Eutychianam & inclusio-  
nem ἡλόγως in carne.

*Praeside* Dno. Pastore.

*Respond.* Christophoro Berkmanno.

4. *Disp.* De perfectione ἡλόγως & constitu-  
tione ἐν φιστικῷ φύσει.

*Praeside* Dno. Pastore.

*Respondente* Sigismundo Libigio.

5. *Disp.* De inexistentia carnis in λόγῳ &  
vera περιχωρήσις.

*Praeside* Dno. Pastore.

*Resp.* Thoma Benckendorffio Franc.

## DISPV TATIONES

Logice.

1. *Disp.* De Philosophia in genere.

*Praeside* Dno. Rectore.

*Resp.* Johanne Biber Borusso.

2. *Disp.* De constitutione Logices.

*Praeside* Dno. Rectore.

*Resp.* Friderico Rapp: Borusso.

C

3. *Disp.*

3. Disp. De voce.

Præside Dno. Rectore.

Resp. Levino Christiano Ruppiniensi.

4. Disput. De prædicamentis & illorum gradibus in genere.

Præside Dno. Rectore.

Respondente Iohanne Berckauvv.

## DISPV TATIONES Physicæ.

1. Disp. De cœlo.

Præside Dno. Correctore.

Respondente Iohanne Gleubzero.

2. Disp. De Elementis quā partes totius universi.

Præside Dno. Correctore.

Respondente Daniel Gerhardo.

3. Disp. De Elementis quatenus partes & principia mixtorum.

Præside Dno. Correctore.

Resp. Henrico Benckendorf. Livono.

4. Disp.

4. Disp. De mixtione & temperamento.

Præside Dno. Correctore.

Respondente Paulo Schallero.

5. Disp. De Meteoris in genere, & in spe-  
cie de Meteoris ignitis puris.

Præside Dno. Correctore.

Resp. Elia Riprecht Berlinensi.

## DISPVTATIONES

Ethicæ.

1. Disp. De Justitia.

Præside Dno. Subrectore.

Respondente Davide Origano.

2. Disp. De virtutibus intellectualibus,

Præside Dno. Subrectore,

Resp. Andrea Kregelio Palatino,

3. Disp. De habitibus imperfectis virtu-  
te heroica & voluptate universè con-  
sideratis.

Præside Dno. Subrectore.

Resp. Friderico Erasmo à Podevils.

C 2

4. Disp.

4. *Disputat.* De virtute Heroica plenius  
considerata. .

*Præside Dno. Subrectore.*

*Respondente Christiano à Brandt.*

5. *Disputatio* De voluptate sigillatim  
considerata. .

*Præside Dno. Subrectore.*

*Respondente Johanne Gleubzero.*

# DECLAMA- TIONES.

sequentes habitæ  
sunt. .

ANNO 1617.

Die 17. Maij Goliathi cum Davide  
*μονομαχίαν* ad imitationem Homeri I l : 2.  
expressit Joachimus Breslovius.

Die

*Die 2. Junij Fridericus Erasmus à Po-  
devvils & Sigismundus Libigius recita-  
runt orationem Ciceronis pro M.  
Marcello.*

*Die 10. Junij Eclipses quid sint & quo-  
modo fiant oratione declaravit Iohan-  
nes Gleubzerus.*

*Die 18. Junij Venationem omnibus  
in genere esse concessam differebat Da-  
vid Origanus.*

*Die 26. Junij De Donis Spiritus San-  
cti orationem habuit Esaias Pellio.*

*Die 9. Julij Quintum librum Ænei-  
dos Elias Riprecht, & Fridericus Rappe  
recitarunt.*

*Die 23. Julij An servitus in Christia-  
na republia sit ferenda? Afferebat Anto-  
nius à Borck Negabat Achatius à Borck.*

*Die 30. Julij à lavatione in frigidis o-  
ratione dehortatus est juvenes Georgi-  
us Gezeus.*

*Die 13. Augusti De Benedictione Oratione habuit Iohannes Biber De Maledictione Thomas Benckendorff.*

*Die 27. Augusti de Gymnasij encœnijs carmen recitabat Paulus Schallerus Orationem Levinus Christianus.*

*Die 3. Septembbris An jusjurandum latroni promissum sit servandum? Affirmabat Daniel Gerhardus. Negabat Petrus Duringius.*

*Die 24. Septembbris excidium Romanum Hierosolitanum oratione solutâ describebat Daniel Ludovicus.*

*die 1. Octobris Certamen murium cum ranis ex Homero recitabant Iohannes Gleubzerus & David Origanus.*

*die 8. Octobris de Elementorum dignitate & prærogativa disceptatum. Pro præstantia aeris dixit Daniel Ludovicus.*

Pro

Pro terra *dixit* Iohannes Origanus.  
Pro reliquis Elementis Elias Riprecht,  
& Barholomæus Fabritius.

Reliquis septimanis valedictorias  
recitarunt ad academiam abeentes.

Encoenia Bartholomæi anniversaria  
celebravit oratione de encomio Mu-  
sices, *Organicen*.

F I N I S.







Nh 122


ULB Halle  
002 714 272

3



st

1017



**Farbkarte #13**



B.I.G.

# ΑΠΑΡΙΘΜΗΣΙΣ

LECTIONUM,  
DISPUTATIONUM,  
DECLAMATIONUM,  
publicarum,  
quibus

Electoralis Gymnasij,  
quod est in valle Joachimica,  
alumni  
erudiebantur

ANNI CLO IO CXVII.  
semestri.

Cornelius Severus in poemat:  
de Aethna.

Implendus sibi quisq; bonis est artibus: Illæ  
sunt animi fruges.

---

Propagabat  
FRIDERICUS HARTMANNUS, Biliopola,  
in Academia Marchica.